a patre et filio. 2° ostendit qualiter procedit ab eis infra d. 12 ibi Sciendum quod licet
etc. Primo spiritus sanctus procedit a patre et filio. 2° ostendit rationes grecorum
1 prima in 2 partes 1° ostendit per multas auctoritates quod quod a solo patre ibi Greci tamen. 3° soluit ibi Nos autem illa verba. 4° osten
dit confirmationem fidei grecorum racionem replicatione continet ibi Sciendum tamen.
Conclusio quod intendit est ista quod spiritus sanctus non solum procedit a patre
sed et a filio nominatur enim spiritus filii et mittitur a filio prout multas
auctoritates confirmat. Deinde cum dicit Greci tamen etc. quod greci dicunt spiritum sanctum
solum a patre procedere et non a filio quod probant primo ex hoc quia in
completa exprimens fidem in euangelio cum fecit mencionem de proces
sione spiritus sancti solum commemorat patrem. Johannis 15 Spiritus qui
a patre procedit. 2° probat hoc per simbola confirmata in principalibus
conciliis scilicet niceno ephesino et calcidonensi et constantinopolitano in
quibus simbolis dicitur spiritus sanctus procedere a patre et non a filio et quod
ista simbola sunt confirmata subiectis anathematibus non dicunt quod dicentes
spiritum sanctum procedere a filio sunt excommunicati. 3° probat hoc de
simbolo Leonis 3ii in quo ponitur spiritum sanctum a patre procedentem
et cum patre et filio coadorandum in cuius fine subiungitur qui aliud
docuerit vel aliud predicauerit anathema sit. Deinde ibi Nos
autem nescimus etc. soluit et determinat dicens quod predicare aliud vel docere
aliud anathema sit quod per docere aliud debet intelligi docere oppositum
vel contrarium sicut et loquitur apostolus ad Galatas primo Si quis aliud euan
gelizauerit id est contrarium anathema sit. Sed in euangelio autem solum fit
mencio de patre quia filius ad patrem refert se quidquid habet
quia ab illo habet. Deinde ibi Sciendum tamen dicit quod licet greci
different a nobis in verbis tamen quia credunt spiritum sanctum esse filii
sicud et patris eo quod apostolus dicit ad Galatas 4 Spiritum filii sui et Johannis 16
Spiritum veritatis ideo in replicatione concordat nobiscum in eadem summa fidei
eo quod non est aliud spiritum sanctum esse patris et filii quam spiritum

a Contra illam allegationem que ego mitto arguitur allegatio 3 rationes quod ibi loquitur de missione temporali
etiam quod in temporali intelligitur eterna quod si mittit temporaliter ab eterno potuit mittere et eternaliter 2 c
ad propositum b Nondum quod 4or concilia que fecerunt adiuncta 4or conciliis que fecerunt apostoli secundum
glosam primum fuit in electione mathie actuum 1. 2m fuit de electione dyaconorum. 3m de
circumcisione non imponenda gentibus credentibus. 4m de iudeis ne illo tempore prohibentur
a legalibus et hoc propter eorum scandalum ne scilicet viderentur legem moysi in toto dampnasse. Grecorum concilia fuerunt 4or nicenum constantinopolitanum ephesinum
et calcedonense

esse a pre et filio Dubitat de hoc quod dicit mgr et opponit aliud .i. con
rium | ipse enim non videt querens ex hoc quod contradicens articulo fidei | ipse immo
est ex quantitate | si non opposuit hoc sicut in speciali concilio | Contra dicere non dixerit
plane quis ipse contradixerit | et tamen non opposuerit processionem a filio | Contra quere
sine quo causa concilij | additum est filioque | Ad primum dicit quod specialis sententia
expressa est de isto articulo propter errorem hereticorum | et doctores maluerunt dicere
aliud | quod dicat contradicentur | ad compescendum ora presumptuorum | ne adhuc
vocet novitatem in fide | quos tamen deus plus aliis illuminat | pro ut ea que
sunt fidei magis explanare | Ad 2m dico | quod satis clare constabat
ex intellectu verborum evangelij spiritum sanctum procedere a filio | non doctores
katholici hoc videntes | et considerantes errorem hereticorum insurgere | qui prius apud
antiquos doctores non fuit | illud exprimere poterant | sine convocatione con
cilij | 3o dubitatur de hoc | quod dicit | quod non est aliud spiritum sanctum esse filij | quod ipsum
esse a filio | quia aliud est esse tunicam sortis | et aliud est eam esse a
sorte | Item sic videtur esse impossibile | et si non queritur respondetur | Videtur | quod ista quamvis
denotant habitudinem possessionis | vel aliquo modo diversi | quamvis denotant habitudinem
principij originis possunt esse indivisibiles | 2o | Et non ut dicit | non sine meo et
patris arbitrio | arbitrium non importat dominium vel auxilium | sed solum auctoritatem
in patre et filio | respectu spiritus sancti | et similiter respectu operationis eius
| quia spiritus sanctus communis est patri et filio | et esse a patre et filio | et
similiter operari | Et ideo dixit Joh 16 | Quecumque audiet loquetur quo [illegible]

Questio utrum spiritus sanctus procedat a patre et filio in quantum sunt unum
vel in quantum sunt duo supposita | Et arguitur primo quod non procedit a patre
et filio quia dicit Damascenus libro primo capitulo 8 | Spiritum ex patre dicimus et spiritum
patris nominamus | Ex filio vero spiritum non dicimus sed spiritum filij nominamus | Item
eodem libro et capitulo longe ante predictam auctoritatem | Credimus in unum spiritum sanctum
deum vivificantem ex patre procedentem et in filio requiescit videtur ergo quod
non procedat a filio | 2o probatur hoc specialiter ratione omne procedens pre
dicit de uno in aliud | Si igitur spiritus sanctus procedit a filio tunc procedit
in aliud vel igitur in patrem vel in aliam personam non in patrem quia pater
nichil recipit a filio non in aliam personam quia non est dare personam quartam
| 3o spiritus sanctus procedit a patre aut sufficienter aut non si non ergo pater est insufficiens
inspirando | Si sufficienter ergo superfluum est sic per duos quod potest sic per unum
| 4o Dionisius de divinis nominibus dicit quod ex immateriali et impartibili bono
cordialia exorta sunt lumina sed illorum luminum unum non est ab alio ergo
| 5o queritur cum deus velit omnes homines salvos fieri tunc iste processus
a filio potius est revelatus latinis quam grecis et fortasse cum habue
runt eandem scripturam et eundem predicatorem scilicet Paulum apostolum
| Et tamen secundum Dionysium et Damascenum non sit cogitandum vel dicendum de ista summa
trinitate nisi illud quod nobis patrum eloquia docuerunt | Item probatur quod
procedit ab eis in quantum duo quia procedit ab eis ut nexus duorum
igitur | 8o spiritus sanctus principalius procedit a patre quam a filio ut habetur
in distinctione sequenti igitur | 9o sic procedit ab eis in quantum sunt unum vel in quantum in

Nota anathema vero cum genus masculini .i. declinabile Et est idem quod suspensus
| anathema cum genus neutri declinabile Et est idem quod suspensio vero Non declinatur
quotiens capit hoc anathema secundum declinat anathema per hoc variatur
Sed tunc anathema a na et thera litteras grecas que frontibus imprimebantur suspensorum
et dicitur quasi superna maledictio

Dubium bonum

2o Dubium

quatu Insba aut unu in notoe aut in psona/ Si pmu pi rone
spus sanctus procedt a pe cu et sit cu eis unu in sba/ Si sm tuc
io spiraret quia sit spiratoes q potius est equus/ Si 3m tuc esset
unu in perso q est sm/ 3o Si spus sanctus no procedet a filio
eque bn distinguneret ab ipo l3 cu opteat illa processios pone
nisi ppt personale distincto3 gs/ Item quia filiu procede a pre
per modu nature et spm sanctu pmodu volunts ess ssns vo
distinctionis realis int filiu et spm sanctu/ Confirmat p aug
u de trinitate co se/ Ubi assignt rom qre spus sanctus no est
filius quia procedt no quo nat3/ 3z quo datus s no pmodu
he s voluntas/ Item ans in lo de press spus sancti deus pnam
dat q spus sanctus no est filius quia filius nascendo h3 ee
a pre/ Spus sanctus no nascendo s procedendo/ Undecimo quit
an potia spiratia dicat q ul ad aliq no pmu quia tuc ess
quus zbq psonis q proba sm quia ut dica in de sopno et vigi
eius est potia tuq e actus s actus spirandi no est quus zbq psos
gs no e dt ad aliquid quia dt volunte que potius est quid
qua ad aliq/ Item potia gniativa dt q s dina nam i e spira
tiua/ 12o quit an pr et filius debeant dici unq spirator ul
spiratores/ no pmu quia spirator dt aliquo actu spirandi qui
dz numari sm supta i3 no sm quia pr et filius dicut unu pnam
spus sancti gs/ Oppoitu ar pmo quia dt aug 14 de trin
amor in ymagine trinitas procedt a gignete mete et gemita no
tme s notio repntat filiu l procedt a filio/ Item ans in lo de
processu spus sancti nllus intellectus capit spm sanctu esse
pris et filii sm q alt est pr alt filius s sm q utq est idem
deus/ Item q a duobq est inquatu duo aut est ssst a quo a
ab alto supflue gs/ Respondet pmo dico q spus sanctus pro
cedit simul a pre et filio hoc sufficiet declaratu est in ista qone
2o dico q spus sanctus procede a pre et filio in qtu sunt unu
in fecundite volunts Una est n eorp voluntas et volunts fecundi
tas sm q ab eis procedt spus sanctus/ 3o dico ppt difficultem
q alia vo tangit q spm sanctu no procede a filio est simpr
i pole/ eo q filius no ess sume psus n assimilaret pri in
omibq que no repugnat distinctioni ipius a pre s filiu spirare
illi distinctioi no repugnt/ et pns si no spirar3 no ess psus
Et ex isto sequit q ista qdicolis est nea/ Si spus sanctus no
procedet a filio no distinguret ab ipo in psona/ Similr ista
est nea/ Si spus sanctus no procedet a filio distinguret ab
ipo in persona/ 4o dico ppt ar m 11 m q potia spiratia dicit
voluntate dinam tn no hndi ea no ab alio pspiratom

et ita includit unum in spirationem et sic dicit quid et et ad aliquid sortius tamen ad
aliquid. Ad primum dico quod secundum actum quod pater et filius debent dici unus spirator
licet bene possint dici duo spirantes quia spirator capitur substantive et spirantes
adiective sed non dicimus pater et filius et spiritus sanctus sunt tres creatores sed
unus creator propter unitatem actus et potentie creative sic et dicimus quod pater et
filius sunt unus spirator propter unitatem spirationis et potentie spirative.
Ad primum vero in oppositum dico quod damascenus in ista parte non recipitur quia
fuit grecus licet tamen caute loquatur non enim dicit negamus spiritum sanctum
esse a filio sed dicit non dicimus eum esse a filio. Posteriores autem greci simpliciter
negant et ideo dampnavit eos ecclesia. Vel potest dici quod damascenus non ne-
gat spiritum sanctum esse a filio sed negat hoc dici quia greci hoc non con-
fitentur. Ad secundum dico quod ex ista auctoritate non sequitur spiritum sanctum non esse
a filio. Ad tertium dico quod in processione tali procedens est medius terminus. Ad
quartum dico quod bene procedit arguendo de hiis qui aliquid producunt tanquam
principia diversa sicut autem non est hic ut patet in corpore questionis. Ad quintum
dico negando quod illorum luminum unum non sit ab alio et si dicatur quod in creatis
non invenitur quod illorum luminum unum sit ab alio quod ambo sint a tertio dico
quod nunquam est omnimoda similitudo inter creata et creatorem. Ad sextum dicendum
quod licet scripturas habeant et doctores non tamen sensum debitum eliciunt. Etiam
quomodo hoc intelligendum sit deus vult omnes homines salvos fieri prout ea latius
dicetur ubi agetur de voluntate divina. Etiam malicia sepius obnu-
bilat intellectum et impedit a veritatis cognitione. Ad septimum dicendum quod quamvis
licet nepos incipiat a distinctione tendit tamen ad unitatem. Ad octavum dicendum
quod bene principalius procedit a patre prout hic principaliter dicit auctoritatem non
autem prout dicit prius aut posterius et ex hoc non sequitur quod non procedat
ab eis in quantum unum sicut creatura producitur a patre et filio non tamen
in quantum duo principia sunt. Ad nonum dicendum quod spirant in quantum sunt una
in fecunditate voluntatis et illa unitas quo ad suppositum refertur ad uni-
tatem substantie vel nature sed quo ad modum refertur ad unitatem notionis. Ad
decimum patet solutio ex dictis in corpore questionis. Et ad confirmationem patet solutio similiter
quia licet filius et spiritus sanctus distinguantur inter se eo quod diversimo-
de procedant a patre tamen et cetera ex hoc quod spiritus sanctus procedit a
filio. Ad undecimum patet solutio ex dictis in questione quia sunt quid et quod ad aliquid.
Et ad confirmationem dicitur similiter. Ad ultimum dico quod licet sint duo spiran-
tes adiective tamen sunt unus spirator. Et nota quod actus debent multiplicari vel
sive potentie quo ad supposita maxime quando termini exprimuntur potentia
capiuntur substantive ut declaratum est de actu creandi. Distinctio xii^ma

1 Item quia tamen spiritus sanctus procedat. Distinctio xii in
qua determinat quare spiritus sanctus procedit a patre et filio
et an sit aliquis ordo scilicet in processione inter patrem et fi-
lium. Et primo excludit ordinem temporis. Secundo ordinem dignitatis et potestatis
in Rursus tentandum. Tertio astruit ordinem nature in Augustinus tamen
~~Deinde ibi Augustinus tamen astruit ordinem nature et hoc ex eo quod ordinant~~

Augustinus tamen hic magister distinxit ordinem naturae et hoc ex quatuor que ondunt auctoritates spirationis esse in patre. Primo quod filius et spiritus sanctus dicitur principaliter procedere a patre. Secundo quod ipse ibi eodem sensu. Tertio quod spiritus sanctus dicitur esse a patre per filium ibi porro et iuxta hanc. Quarto quod in processione spiritus sancti aliquid plus pater nominatur ibi unde est et quod veritas. Primo intendit quod secundum augustinum in de trinitate spiritus sanctus est principaliter a patre. Et primo quid vocatur spiritus sanctus procedat a patre et a filio et ad hoc sic arguit aut spiritus sanctus procedit a patre iam nato filio aut non nato. Si iam nato ergo nativitas filii precedit spiritus sancti processione. Si non nato ergo prius processit a patre quam filius nasceretur. Item ibi salva secundum intentionem augustini in de trinitate quod nullus est ibi ordo temporis ubi omnia sunt eterna nec et ibi habet locum que quaestio utrum spiritus sanctus processit iam nato filio vel non nato filio. Item ibi sicut tractandum est. Post ista quaestio quod spiritus sanctus non magis vel plenius procedit a patre quam a filio

[illegible] sicut ibidem dicit augustinus quod hoc ideo dictum est quia licet spiritus sanctus procedit a filio tamen pater hoc illi dedit non quidem de novo sicut quod ante non habet sed ab eterno generando ab eterno dedit. Et sic spiritus sanctus ab eterno et eque plene processit ab utroque. Item ibi eodem sensu ostendit quod dicat Ieronimus quod spiritus sanctus proprie procedit a patre quod non est ita intelligendum sicut spiritus vel plenius procedat a patre quam a filio sed quia pater hoc habet a se et non ab alio quod ab ipso procedat spiritus sanctus, filius autem non a se sed a patre hoc habet ut ab ipso procedat spiritus sanctus. Item ibi forte etiam ostendit quod spiritus sanctus procedit a patre per filium et hoc per auctoritatem hylarii in de trinitate quod intendit est modo predicto eo quod filius habet a patre quod spiritus sanctus mittitur et procedit ab ipso et in hoc non ondit quod in patre sit maior dignitas sed quod in ipso sit auctoritas. Item ibi unde etiam dicit quod propter predictam causam quia nominatur plus pater in processione spiritus sancti et ideo et augustinus in de trinitate quaerit quomodo spiritus sanctus procedit a patre et filio cur filius dixit spiritus qui a patre procedit et videtur quod hoc est sicut quia filius hoc habet referendo ad patrem illud quod ipse est et ideo et dixit Ioh. Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me etc. Dubitatur primo de hoc quod augustinus videtur hereticos arguere sic spiritus sanctus et iam nato filio aut non nato filio intimit utramque partem que tamen non videtur bona eo quod divisio fit per contradictoria et eo quod neutra non proponitur toti nec partiali. Secundo sicut licet possit concedi quod spiritus sanctus procedat a patre nato filio tamen augustinus hoc negat respiciendo ad intentionem heretici qui per hoc volebat innuere quod filio iam nato spiritus sanctus postea processisset a patre et non ab eterno. Secundo dubitatur de hoc quod dicit quicquid unigenito dedit generando dedit. Cum enim dedit ei spirationem sequitur quod dedit ei spirationem generando et per consequens spiratio est genita. Ex quo sequitur quod spiratio sit generatio. Videtur nec dicendum illam quamvis sicut pater dedit filio spirationem generando ergo spiratio est genita, sed

Et rationem huius conclusionis assignat sanctus Thomas etiam prius dictum quia pater et filius sunt unum principium spiritus sancti et una et eadem tota potentia spirativa est in patre et filio. Et ubi est unitas non potest esse distinctio plenitudinis. Sequitur superius augustinus tamen

Circa hoc verbis absoluta. Sciendum quod magister videndo utrum pater concedit iam nato filio procedat an non nato etiam utramque est verum quia tamen dicitur nato filio nato et perfecti perfecti temporis. Si dicitur participium essent incualla temporis et tunc et falsa et ergo dicimus et verum. Si tamen nato. Si nato dicitur non participium sed perfectum tunc quaeritur est vera sed quod nato quia a perfecto filio secundum naturalitatem procedit spiritus sanctus

Dubitatur

Videtur quod divisio non datur per contradictoria

Dubium

no sequitur de essentia. Et pro dubitatione de hoc quod dicit Seruus spiritum sanctum proprie procedere Lar. 3o
a patre. Dicendum vel hic proprie distinguitur contra quesitum vel contra proprietatem. Si primo
tunc spiritus sanctus procedit a solo patre, eo quod proprium ut sic convenit soli. Si
2m tunc improprie procedit a filio. Videtur quod nemo hic accipit. Sed contra
hic proprie pro appropriatione prout dicit auctoritate aut prout distinguitur contra spirare
filii, quod per auctoritatem est ab alio. Spiritus enim spirare eque proprie. Capiendo hic
proprie primo convenit patri et filio. Tamen filius a patre ea patri, quod auctoritate Lar. 4o
Ad dubitationem de hoc quod dicit Hilarius loquens ad patrem ex te per eum spiritus tuus
est. Dicendum hic per tamen verbis transitivis sicut sub auctoritate sed tamen absolutis sicut
auctoritate et quia ponit hic cum hoc verbo est sequitur quod denotet auctoritatem
in filio quod factum est. Videtur quod licet hoc verbum est in se non sit transitivum tamen
hic construitur cum obliquis sicut transitionem ut cum dico creata est a patre
per filium, id est procedit in esse a patre per filium.

Questio utrum spiritus sanctus prius vel magis vel plenius procedat a
patre quam a filio. Et arguitur quod sic: Pater est causa prima principii et filius
causa causa 2a sed omnis causa primaria plus influit super
causatum quam secundaria ut patet in libro de causis. Igitur. 2o Spiritus sanctus non
habet aliquid quod non habeat a patre et tamen habet aliquid quod non habet a filio hoc scilicet quod procedit
a patre. Igitur. 3o Filius habet a patre hoc quod est principium spiritus sancti. Igitur pater magis
est principium spiritus sancti quia tale quia propter quod unumquodque tale et ipsum magis.
4o Spiritus sanctus procedit a patre per filium, id est mediante filio, id est filius est
medium illius processionis. Et ponitur prius a patre procedere quam a filio.
Confirmatur: Spiritus sanctus est 3a persona, id est non convenit a primo nisi per medium
et primus filius est medium. 5o Confirmatur hoc idem quia in ymagine
creata amor representat spiritum sanctum et notitia filium, sed amor non procedit
a mente nisi mediante notitia. Igitur. Ideo sic ergo non est vera ymaginacione esset quod hoc
quod in divinis non esset prioritas sed solitas probatur quia generatio prior est Opp.m
processione quod probatur quia filius est principium spiritus sancti, sed tamen principium
sit prius eo cuius est principium sequitur quod filius sit prior processione spiritus
sancti. Ergo et generatio cuius filius est terminus et erit prior. Confirmatur actus
intellectus precedit actum voluntatis sed generatio est per modum intellectus processio vero per modum
voluntatis. Igitur. Ex alio processus notitie a mente magis precedit processum
amoris. Igitur. Oppositum patet in littera et patet ratione quia in divinis est summa
equalitas et coeternitas. Dicendum ergo primo quod spiritus sanctus nec prius
nec magis nec plenius procedit a patre quam a filio, cuius ratio est quia pater
et filius sunt unum principium spiritus sancti sed est prius determinatum. 2o dico
quod primum actum quod secundum dicit Richardus quia in divinis est a patre in mente sed processio
spiritus sancti est quedam mente et quedam in mente feminei
quantum ad virtutem spirativam que est una patris et filii et quantum ad suppositum
patris quod in mente est principium processionis quia ipse simul et filius
spirant. Sed mente in quantum filius qui spirat est a patre et tamen exemplum
de Abel qui in mente exivit ab Adam et in mente quia exivit ab
Eva que fuit ab Adam. 3o dico quod primum actum quod in divinis nulla

Respondeo per quesitum quod plenius dicitur aliquid procedere ab a quam a b quia plura accipit
ab a quam a b sed magis quia a maiori virtute procedit. Sed quia spiritus sanctus non accipit
plura a patre quam a filio ideo non procedit ab eo plenius nec a maiori virtute
procedit cum procedit a patre quam a filio cum eadem sit virtus utriusque

est prioritas vel posterioritas / quia indiuiis vel consideratur in abstracto vel concreto / sed in
abstracto non reperitur prioritas / cum sit semper unum et indiuisibile / nec etiam in concreto / eo quod concreta
sunt simul intellectu tempore et natura / Ideo dicit Augustinus quod in diuinis non est aliquis
ordo / si ordo nature / ordo autem nature est / quo aliquis est ex alio / non quo aliquis
est prior alio / Ad rationes / Ad primum dicendum quod generans in diuinis non est prior processione / Ad secundum
concedo quod filius sit causa secunda / quia pater et filius sunt unum principium spiritus
sancti / et sunt una causa omnium absentes creatorum / Et licet pater dicatur principium
non tamen potest dici principium principiatum / eo quod in diuinis nil est prius nec posterius / Et
et licet pater dicatur principium in diuinis / propter auctoritatem et ordinem nature / quo ab ipso
est filius et spiritus sanctus / non tamen proprie potest dici causa filii vel spiritus
sancti / eo quod causa ponit diuersitatem essencie sui causati / Ad tertium dico quod spiritus
sanctus non habet / quod non habeat a filio / immo habet quod procedit a patre / et habet a filio
Ad quartum dico nec dico generationis / ad probationem dico / quod illa auctoritas Augustini quod Ymnus uniquoque
etc. loquitur de diuisis in natura / licet enim filius habeat a patre / quod spirat
vel quod est principium spiritus sancti / hoc tamen non est diuisum in patre et filio /
eo quod eandem virtutem spiratiuam / quam habet pater / communicat filio / Ad quintum et con
firmationes / patet in eo quod secundo dico in corpore questionis / eo quod aliquid procedit
in mediate / et aliquid mediate / non tamen sit mediate secundum dictum / quod effectus pro
ductus non contingua tamen causa quod agit per medium / nec etiam sic sed quod causa
prima agit mediate secunda / esse distinctam / sed sit quod filius habet hoc a patre / quod
spirat spiritum sanctum / Ad sextum dico quod non sequitur / filius est principium
processionis / ergo est prior / sed sufficit quod processio sit a filio / Ad confirmationem dico
quod non omnis actionum / que sit per modum nature in diuinis precedit illa / que sit
per modum voluntatis / licet hoc fiat in creaturis propter imperfectionem / Ad aliam
confirmationem dico / quod licet ymago trinitatis / in creatura / in anima nostra
reliquatur tamen complete Distinctio tredecima

Post hoc considerandum est quantum ad tertiam Distinctionem scilicet / et continuatur
prius determinat de processione spiritus sancti eterna quantum ad
principium et modum / hic determinat de ipsa in comparatione ad generationem
Et primo inquirit / utrum spiritus sanctus possit dici genitus / secundo an debeat
dici ingenitus ibi / Nunc considerandum / Primo ostendit quod spiritus sanctus non
possit dici filius vel genitus / secundo inquirit quare filius dicatur procedens
et non genitus ibi / Cum autem spiritus sanctus / tertio assignat differentiam inter generationem
et processionem ibi / inter generationem vero / quarto ostendit quod humana intelligentia non
sufficiat ad indagandam talem differentiam ibi / Quid autem inter nasci
Primo quarit / quare spiritus sanctus / non dicatur natus vel genitus / cum
tamen procedit de patre / et sit de substantia patris / Et videtur secundum Augustinum in determinatione
quod cum a duobus procedat / si diceretur natus vel filius / esset filius amborum
et ita unus se haberet / ut pater / alter ut mater / quod absurdum est in diuinis
Deinde ibi / Cum autem / Et inter cetera filius / non solum dicatur genitus sed
simul genitus et procedens / cum tamen spiritus sanctus solum dicatur proce
dens / et non genitus / Videtur secundum Augustinum ut determinatio / quod spiritus sanctus sanctus
procedit a patre / non quo natus / sed quo datus vel donum / filius autem pro
cessit nascendo / non sibi conuenit / quod sit genitus / et procedit / et ex hoc tamen

nondum quod sex possunt assignari differentie inter processionem filii et processionem spiritus sancti quarum tres
accipiuntur per eos principium a quo procedunt / prima quod filius procedit ab uno / spiritus sanctus a duobus
secunda quod filius procedit per potentiam generandi spiritus / sed per potentiam spirandi tertia quod filius per modum
nature spiritus sanctus per modum amoris / Alie tres differentie accipiuntur per eos ipsos procedentes
prima est quod ponitur in litera quod omne quod nascitur procedit et non econuerso / secunda quod filius procedit
per modum accipientis naturam tamen spiritus sanctus ut accipiens et nectens eos a quibus
procedit tertia quod filius non procedit ut donum spiritus sanctus ut donum

pz / quod spiritus sanctus / nec est filius naturalis patris / quia non est natus sicut a patre
nec est filius adoptiuus / quia non est factus / ut per adoptionem nasceretur / quasi
acquireret filius solum procedit a patre per generationem / sed spiritus sanctus procedit ab
ambobus / quod non potest esse per generationem / eo quod tunc esset filius amborum / igitur / De
inde ibi / Inter generationem vero filii / assignat aliqualem differentiam / inter generationem fi
lii et processionem spiritus sancti volens / quod licet nullus sufficiat in hac vita posset
distinguere / inter istam ineffabilem generationem et processionem / tamen augustinus libro 15°
contra maximinum quendam / tunc spiritus sanctus non dicitur filius / cum tamen sit de
substantia patris / videtur eadem sit / quia filius genitus est de patre / spiritus sanctus
procedit de utroque / et ex hoc / quod xpc Joh 15 dixit / spiritus qui a patre procedit
innuebat / quod pater esset auctor processionis / non tamen excludit spiritum sanctum
procedere a filio / et hoc declarat per Joh 20 / ubi xpc in sufflando dedit spiritum
sanctum discipulis / dicens accipite spiritum sanctum / Ex hoc tunc incipit arguere / quod est
pus tacitum / tunc spiritus sanctus procedat ab utroque / si esset filius utriusque
esset filius amborum / sed quia hoc est inconveniens / ergo sequitur / quod non posset di
ci genitus nec filius / Deinde ibi / Quid autem inter nasci / intendit istam
questionem / quod nulla creatura sufficit ad assignandum differentiam completam / inter generationem
et processionem / quia utraque ineffabilis est / licet hoc bene sit satis / quod non
omne quod procedit nascitur / sed omne quod nascitur procedat / Ideo dicit
augustinus / distinguere autem inter illam generationem et hanc processionem
nescio non valeo non sufficio / et hoc ideo / quia utraque est ineffabilis sed
allegat auctorem in littera / Deinde ibi / Nunc considerandum est / inquirit utrum
spiritus sanctus posset dici ingenitus / et ostendit primo quod non / per augustinum ad
orosium et similiter 15 de trinitate / qui probat hoc ex eo / ne minime videatur
esse duo patres / vel duo / qui non sunt de alio / pater enim ex eo dicitur ingenitus
quod non sit ex alio / Et per auctoritatem Jeronimi probat quod spiritus sanctus potest dici
ingenitus / Deinde ibi / Et ut ista / videndum / quod ingenitus dicitur uno modo
qui non est ab alio / et sic convenit soli patri / prout dicit augustinus / secundo dicitur
qui non genitus / et sic convenit spiritui sancto / prout dicit Jeronimus / et hoc probat
auctoritate Jeronimi / qui facit tres divisiones / dicens omne quod est / vel est inge
nitum / aut genitum / aut factum / ubi per ingenitum intelligit patrem / et
spiritum sanctum / et postea prosequendo membra predicte divisionis / ubique loco
ingeniti ponit non natum / ergo patet quod secundum intentionem Jeronimi / ingenitum et
non genitum / et non natum valet idem / Primo dubitatur de hoc / quod dicit augustinus — dubitatio
spiritus sanctus procedit a patre / non quomodo natus / sed quomodo datus / videtur
quod ista non sit sufficiens ratio distinguendi / inter spiritum sanctum et filium / quia
spiritus sanctus non est datus nisi ex tempore / ab eterno tamen distinctus est
a filio / Videtur quod hoc datus significat actum donandi / tunc spiritus sanctus
solum dicitur datus ex tempore / sed in proposito hoc datus dicit aptitudinem do
nandi / quia ab eterno spiritus sanctus fuit donum / et fuit donabilis
2° dubitatur / quia videtur quod dictum maximini contra augustinum sit bona — 2° dubitatio
arguitur enim sic / spiritus sanctus est deus / et non est deus nascendo
ergo non est deus natura / sed solum adoptiue / quia probatur / quia illud quod inest
alicui natura / illud inest ei a nativitate / igitur illud quod non inest a
nativitate / non inest natura / Videtur quod hec non est vel verum / dicendum quod ...

nec aliquid in est ei a natiuitate / quia adam nec fuit hoc / non tamen a natiuitate
3º dubi. 3º dubita de hoc / quod dicit / per protessionis eius est autor / aut enim au-
tor dicit essenciam / aut notionem / non essenciam / quia tunc diceret de spiritu sancto
/ eo quod spiritus sanctus est essencia / si notionem quero quam / non innascibilitatem
/ quia ista non dicit respectum ad processionem / nec et generatoris / vel spiratorem
/ ut de se videtur manifestum / Tercia si sit / tunc per rationem filius posset dici
auctor spirationis / vel spiritus sancti / quod est falsum / ex hoc / quod auctor simpliciter
est ille / qui non est ab ab alio / Videtur quod auctor dicat notionem eandem /
quam innascibilitas / sed differunt / quia innascibilitas dicit eam prout spiratorem patris / sed auctor
dicit secunditatem / et plenitudinem / sed predictum ab ipso / quia non habet ab alio
et ex hoc patet / quod licet filius spiret spiritum sanctum / non tamen dicatur auctor
spirationis / Unde auctor proprie dicit principium altius / non existens ab
4º dubi. alio / nec habens hoc ab alio / quod est principium altius / 4º dubitatur de hoc / quod
dicit distinguere inter istam generationem / et istam processionem nescio / etc. / quia de
processione est de necessitate fidei et salutis / sed qui ignorant ea / que sunt de
necessitate fidei et salutis dampnabiliter ignorat / etc. / Unde / quod esse distinctas
processiones est bene de necessitate salutis / et ergo nullus debet hoc ignorare / sed scire
vel credere / sed qualiter / et per quem modum habet esse talis distinctio / non potest
aliquis perfecte scire / in hac via / et ergo augustinus dicit nescio / quantum ad
habitum / scire utrumque non valeo / quantum ad ingenium / non sufficio quantum
5º du. ad utrumque / 5º dubitat de hoc / quod dicit augustinus sic debuit pater appel-
lari plus ingenitus / non quidem in scriptura / sed in consuetudine dis-
putantium / Contra dyonisius co primo de divinis nominibus dicit non est
audendum quidquam dicere / de ista superessentiali et occulta divinitate / preter
ea que divinitus nobis ex sacris eloquiis claruerit / Videtur / quod licet
expresse non ponatur in scriptura / tamen intellectus eius bene trahitur ex scrip-
6º du. tura / 6º dubita de hoc / quod dicit magister / quam augustinus solum patrem dicit in
genitum / tunc ingenitum est / quod non est ab alio / Contra quia ut
sic eciam essencia est ingenita / tamen non sit ab ab alio / et per consequens ingenitum
/ non convenit soli patri / Unde / quod magister non ponit totum intellectum augustini
sed partem / innuens alia parte esse manifestam / Est ergo intellectus
augustini / ingenitum dicitur / quod non est ab alio / sit tamen / quod alius sit ab ipso
1º du. / et sic non convenit essencie / 1º contra hoc quod dicit Jeronimus / est quod natum est / et
non factum est / proponit arrius assignans 7 modos generationis / quorum
quilibet / quidquid genitum est / et factum est / primus modus est / per defluxum
linee a puncto / 2us est penes emissionem radii a sole / vel ab alio
corpore lucido / 3us penes sigillorum caracteris / secundum figura sit in cera
a sigillo / 4us penes immissionem / ut quam adeo datur bona voluntas
/ 5us penes exitum proprietatis vel accidentis a principiis subiecti / que sunt materia
et forma / 6us penes intentiones seu species abstractionis / secundum species rei
generatur in anima / 7us penes exitum secundum liberum arbitrium voluntatis

a tsu procedit in bona opa / 8us penes insufficientiam sed quere sit scientia
ut sed in signum mansionis / 9us per productorem sed a primo movente immobili
producatur motus / 10us penes exitum speciei de genere per differentias dividentes genus
et constituentes speciem / 11us penes ideatum sed artificiata exterior ab artificiata que
est in mente artificis / 12us penes nascentiam ut homo nascitur ex phe
quolibet aut dicto modo filius non tamen est eternitus sed et sanctus / Videtur quod
arrius non sufficienter dividit generationem in plures modos / quia non tangit de
generatione que fit de tota substantia generantis / qualis est generatio filii in divinis ut
patuit super quest / et ideo deceptus est in hoc / sed et multi heretici credentes
omnino sic esse in deo / sed videbat in creatura quod non est unum / Avicenna in
creatura sit deo similis / tamen plus est dissimilis quam similis / sed dicit augustinus
in de trinitate / Et similiter in glossa super ad hebreos / dicit non possunt corpora
lia comparari eternis intellectualibus collatione / sed aliqua tenui similitudine / et ideo divi
se generationes representant generationem in divinis / secundum diversas conditiones eius /
quia ratione conformitatis representat generationem verbi a mente / per rationem ide
ntitatis per generationem unientis cum mente et ideo. Sequitur questio

Utrum spiritus sanctus non eternitus sed procedens possit dici in
eternitus / Et videtur primo quod non sit procedens / quia processus
dicit motum processivum / qui non est in deo / Confirmatur processio
dicit exitum unius ab alio / omnis exitus est per distantiam exeuntis
de eo a quo exit / ergo / 2o omnis processio aut est localis / aut causalis
sed neutra est in divinis ergo / 3o si in divinis esset processio vel est tantum una vel plures
non primum / eo quod generatio filii est processio / non plures / quia in omnibus
similibus una naturam in specie / non est nisi unus modus quo tota talis natura communi
cat / sed persone habent unam naturam non solum in specie sed et in numero / ergo
uno modo communicant / et per consequens solum erit una processio / Ad oppositum / quia sicut
dicit glossator 8o physicorum / sicut unicuius eternitas expositione / et eternitas
essentie non est eiusdem speciei / Confirmatur hoc idem / si sint due pro
cessiones / vel dicunt ex parte essentie / vel ex parte relationis / non primum cum
in essentia non inveniatur diversitas / nisi rationis / secundum pluralitatem attributorum / sed
diversitas rationis / non facit pluralitatem realem / qualem oportet esse pluralitatem
processionum / secundum quas procedunt due persone realiter distincte / nec ex
parte relationum / eo quod relationes secundum rationem intelligendi / consequuntur processionem
et non econverso / eum dicatur filius / quia genitus a patre / Item principaliter pro
cessio spiritus sancti / non differt a generatione / Item sed spiritus sanctus est
procedens / sic et est eternitus / Arguitur quia sicut dicit damascenus libro primo capitulo 8 generatio
est sibi simile in natura producere de sua substantia / sed hoc fit in spiratione
spiritus sancti ergo / Confirmatur generatio et spiratio conveniunt in substantia / quod
sunt per emanationem / ergo conveniunt in emanatione / et per consequens eadem est
emanatio / que est generatio / et que est spiratio / Item alias generatio et spiratio
non dicunt ergo cum probatur / quia vel dicunt se ipsis / vel aliis / non se ipsis
quia non sunt a se ipsis / nec ad se ipsa / nec et aliis / quia non essentia / eo

quod ipsum non distinguit vel distinguitur / non persona / quia illa non disting
uit sed distinguitur / non notione / quia tunc notionis esset notio / et sic in in
finitum / Spiritualis vel dicunt dicta spiritualiter vel actualiter sed neutrum illorum est verum quod
Ideo primo videtur quod spiritus sanctus dicatur ingenitus / quia non est genitus / ideo
ingenitus / quia tamen persona ingenitus dicitur / qui non genitus / et hoc etiam videtur
dicere Ieronimus / ut patet in littera / Confirmatur ingenitum vel dicitur relative vel
absolute / non primum / quia tunc essentia / non posset dici / ingenita / si secundum / tunc
et conveniret spiritui sancto / Oppositum patet per determinationem magistri / in littera
Dico ergo primo / quod in divinis est vera processio / non quidem localis / neque
causalis / sed magis per modum eductionis alicuius a suo principio / videmus
enim in creaturis / quod processio dicit respectum ad principium a quo / ut radius
dicitur procedere a sole / et flos ab arbore / Similiter et dicit respectum ad terminum
ad quem / et utrumque in processio est in divinis / quia persona proce
dens habet respectum ad eum a quo / et similiter procedens per modum amoris
habet respectum ad amatum / tamquam ad eum ad quem / et sic patet / quod filius dicitur Con^m
procedere / eo quod est ab alio / sed spiritus sanctus dicitur procedere / eo quod est
ab alio tamquam in obiectum / procedit enim ut amor / amor autem est ab
alio scilicet amante in aliud scilicet amatum / Unde patet quod de ratione processionis 2
in communi est processio / non est quod procedens / et a quo procedit / sunt unum
in essentia / sed contingit in divinis / eo quod processio / et reperitur in creaturis / ubi
procedens / et a quo procedit / non sunt unum / sed et quod non est de ratione pro 3
cessionis / quod procedens elongetur ab illo / a quo procedit / vel quod fiat aut
motus / vel aliqua mutatio / nec et est de ratione processionis / quod sit causalis
vel localis / licet habeat similitudinem cum causali / cum sit ab alio tamquam a principio
et ex hoc patet solutio duarum primarum rationum / Secundo dico quod generatio filii / et pro
cessio spiritus sancti / sunt plures processiones / realiter distincte / et cognitive do
hic / quod generatio est processio secundum quod una persona / procedit ab una
sed processio spiritus sancti / secundum quod una persona / procedit a duabus / et ista
est distinctio secundum originem realiter / Alii tamen dicunt quod ex hoc distinguitur
quod una est per modum nature / et alia per modum voluntatis / sed hoc non sufficit
quia natura et voluntas in divinis / non distinguuntur realiter / sed solum secundum
nō rationem / iste autem processiones realiter differunt / Tertio dico quod ingenitum capitur
capitur privative / et quia ad rationem privationis exigitur / quod aliquid sit aptum
natum habere / quod non habet / ideo ingenitum privative captum / nullo modo convenit
deo / Secundo capitur negative / et hoc dupliciter / vel ut et sic significat omne illud
quod non est genitum / et ita convenit patri et spiritui sancto / et essentie divine
et etiam celo / et aliis primis creaturis / Secundo dicitur ingenitum / quod non est ab
alio per generationem / et a quo sunt alii / et omnia alia / et sic convenit soli
patri / ut sic enim habet rationem principii / Ad primam rationem et eius confirmationem
et similiter ad secundam / patet solutio ex dictis in primo articulo / in corpore questionis
Ad secundam rationem dico quod sunt plures processiones / et necesse quod in omnibus
generabilibus una naturam / non sit nisi unus modus / quo ipsa communicatur quia

na diuina quia tamen per modum nature quam per modum amoris / licet in creaturis hoc non possit fieri propter imperfectionem / ibi enim non quiuit na per modum amoris eo quod amor non est ibi ypostasis per se subsistens / secundum indiuiduum / Ad confirmationem dico quod dicunt copie relationum / et quando dicitur quod relatio secundum rationem intelligendi (circuit) precedit processiones dico hoc verum est secundum rationem relationum / tamen capiendo causas ut sunt rationem formalem propriam ipsarum personarum / tunc secundum eas dicunt processiones admodum intelligendi / prout dictum in 2o articulo / Ad 2m dico quod dictum Damasceni intelligitur de productione que fit per modum nature / Ad confirmationem nature quia sicut conuenit in eterna spiritus conuenit in essentia quod sunt per emanationem quod ergo conuenit in eterna ... / Ad aliam confirmationem dico quod dicunt semper et tamen ratione originis eo quod una est vnius ab alio et alia vnius a duobus / Ad aliam confirmationem dico quod secundum augustinum vo de trinitate dicuntur relationum indiuiduum non est specialis quod ut attendentes sic originalis / Ad 4m patet in responso in 2o articulo et similiter ad eius confirmationem quia ingenitus prout conuenit tamen patri dicit notionem prout sic prout conuenit essentie et spiritui sancto non dicit aliquam notionem et sic simpliciter dicitur ab eo quia sic conuenit filio sic sicut essentie et quod non est remotionem cuiusdam notionis scilicet generationis passiue

Distinctio xma

Preterea diligenter adnotandum est / Hic est distinctio x et qui primat sic spiritus magister determinat de eterna processione spiritus sancti / hic determinat de temporali in quo est tamen considerare / scilicet primum a quo procedit spiritus sanctus / et modus secundum quem fit / spectat ad quem est aptitudo natus procedere / Ideo hic est pars haec habet in quatuor prima agit de processione spiritus sancti in creatione ad primam a quo sit (consida) in creatione ad modum / secundum seu modus secundum quos [in textu] (ibi) / Videtur de spiritu sancto in 3a in creatione ad aptitudinem secundum quem natus est temporale procedere / et hic est domini seu donabilitas / [in textu] (ibi) hic quiuit tamen spiritus sanctus / Pars in 2 primo ondit spiritum sanctum procedere [redacted] temporaliter a patre et filio / 2o ondit quod et temporaliter procedit a se ipso / [in] hic considerandum primo sit hoc / 2o quiuit utrum spiritus sanctus det / a sanctis ibi / sed quia prima in 3 / primo ondit quod eterna est processio spiritus sancti et quod utraque est a patre et filio / ibi / De temporali autem / 2o ondit quod spiritus sanctus det in ipsa persona remoueus errorem illorum qui dixerunt ipsum tamen dari in effectu / ibi / Sunt autem aliqui / primo intendit quod duplex et eterna est processio spiritus sancti / vna qua procedit eternaliter a patre et filio / alia qua procedit a patre et filio temporaliter / ad sanctificandum creaturas / sed sicut abeterno simul procedit a patre et filio sic et temporaliter procedit simul a patre et filio ad creature sanctificationem / et non diuisim sic quod procedat a patre et in filium / et postea a filio ad creaturas / sicut iuris pater hic dedit filio ut sit de se ita et de illo procedit / sicut patet per augustinum in de trinitate c. 24 / Item ibi de temporali autem / intendit istam 2m quod spiritus sanctus temporaliter procedit a patre et filio / quia quia gratia spiritus sancti datur hominibus dicitur spiritus sanctus mitti a patre et filio / sed talis missio est eius processio / sed totum aliud patet per bedam in omelia prime dominice post ascensionem libro 2 omelia

2o

Et spiritus oritur per augustinum super de trinitate 15 capitulo 26 quod procedit a filio probat ubi
christus insufflando dixit discipulis Accipite spiritum sanctum ut patet in libro
3 9o Item ibi Sunt autem aliqui intendit istam questionem quod in missione spiritus
sancti non tantum datur donum eius quod non est ipse sed veniret spiritus sanctus
qui deus est hoc probat multis auctoritatibus primo per augustinum super de trinitate
ubi vult quod idem spiritus sit datus discipulis tunc xpi insufflavit in eos
ut patet Johannis 20 de quo spiritu dicit matthei ultimo Ite baptizate omnes
gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti et qui et datus est in
die penthecostes ut patet actuum 2o Et ideo subdit augustinus quo modo ergo non est deus
qui dat spiritum sanctum quod de illo nos non est deus ideo subdit quantus est
deus qui dat deum et auctoritatibus aliis patet in libro quibus innuit quod spiritus
sanctus qui illabitur mentibus hominum non sit aliqua creatura et quod
semper in substantia incircumscriptus et infinitus dividet singulis de suo pro
ut vult et quod talis qui mittit non est minor mittente sed patre et filio
3 9o Item ibi Hic quidam ponit istam questionem quod sancti viri non dant nec umquam
in primitiva ecclesia dederunt spiritum sanctum probatur de donato spiritus
sancti sit eius processio si aliqua creatura daret spiritum sanctum
tunc spiritus sanctus daretur et mitteretur a creatura ideo in primitiva ecclesia
discipuli christi non dederunt spiritum sanctum sed orabat ut veniret in eos
quibus imponebat manus ut habetur act 8 et ut dicit augustinus super de trinitate
capitulo 21 et ibidem et dicit quod christus non effudit spiritum sanctum in discipulos
secundum quod homo sed secundum quod deus Item concludit obiectum quia apostolus
ad galatas 3 dixit et predicatores sua loquens dicit qui tribuit spiritum vobis
et operatur virtutes in vobis Unde hoc est intelligendum sit quod apostolus vobis
Dubita 1o ministrum in quo dabat spiritus sanctus Dubitatur primo quare hic
agat de processione temporali et non de generatione temporali filii Unde quod
generatio temporalis filii respicit aliud per viam sed unionem et virtutis humane
nature cum divina sed processio temporalis solum est ab eodem principio a quo
2o du. est natura et 2o dubitatur de hoc quod dicit spiritum sanctum mitti ad sanctificandam
creaturam Contra spiritus sanctus est missus in columba et in linguis igneis
quas non sanctificat et si dicatur quod non est missus ad linguas
sed in linguis ad apostolos quos sanctificat Contra missus est in
columba super christum et non sanctificat columbam nec christum Unde quod sanctificare
capitur 3 modis primo est de non sancto facere sanctum 2o est iam
sanctum in sanctitate confirmare 3o est iam sanctum et confirmatum manifestare
3o du. prout fuit in christo 3o dubitatur de hoc quod dicit de spiritu sancto quod ipse est
virtus que de illo exibat Contra filius est virtus quia 1 ad corinthios 1o
dicimus christum dei virtutem Unde quod sicut essentia appropriatur patri sic virtus
appropriatur alicui a quo est tunc habet rationem principii et appropriatur patri et secundum quod principium
appropriatur filio sic virtus prout habet rationem medii per quod omnia facta appropriatur
filio Et secundum quod in ipso appropriatur spiritui sancto sic virtus prout habet rationem
4o du. complectionis et bonitatis appropriatur spiritui sancto 4o dubitatur quare
augustinus solum recitat binam dationem spiritus sancti quare una fuit post

resurrectionem Joh 20 Accipite spiritum sanctum. Alia post ascensionem Act 2o.
et dimittit etc. Tamquam ante passionem dedit eis potestatem eiciendi de-
monia et curare languores Act 10. Et hoc non potuit esse nisi dare de
spiritus sanctus. Videtur quod duplex sit missio dantes spiritus sancti.
Primus quantum ad effectum et sic sunt 3. Prima ad miraculorum operationem. 2a
ad peccatorum absolutionem. 3a ad infidelium conversionem. Alio modo potest missio
quantum ad locum et significationem et sic dedit bis scilicet in celo et in terra. Missio in terra
est ad commendandum preceptum dilectionis ad proximum. In celo ad commendandum
affectum dilectionis ad deum. Ideo potest dici quod bis dedit signis visibilibus
et semel in visibilibus. 4o dubitatur de illo verbo apostoli: Spiritum potavimus. — 4o dubitatur
Hoc enim magis videtur convenire filio quia ecclesiastici 15 dicitur: Aqua sa-
pientie salutaris etc. Item proverbiorum 9 Venite bibite vinum etc. Hoc autem
loquitur sapientia scilicet filius etc. Respondetur quod spiritus sanctus dicitur potus
in quantum restinguit ardorem sitis mundanorum. Et ideo dicit Gregorius quod gus- [fit]
tato spiritu desipit omnis caro. Sed potus appropriatur filio prout per ipsum de-
lectatio nutrimenti ad singula membra quia filius est sapientia sive
vim regitivam et ordinativam pastus in omnibus viribus anime. 5o du- — 5o dubitatur
bitatur quomodo caritas sit diffusa in cordibus nostris. Eo quod virtus dis-
persa minoratur. Respondetur quod diffundit in quantum dilatat affectum
mentis ad dilectionem superiorum. Et movet omnes anime vires ad bonas
operationes. Probat enim magna si est. Si vero operari renuit amor non
est. Quod dicit Gregorius. Et ideo dixit dominus Joh 7 Flumina de ventre eius
fluent aque vive. **Questio sequitur**

Quarta circa illam distinctionem queritur utrum sit aliqua processio sive missio spiritus
sanctus procedit temporaliter. Et arguitur quod non quia tunc conveniret aliquid
temporaliter hoc est mutabile. Spiritus sanctus non est mutabilis etc. In
oppositum est determinatio magistri. Conclusio prima: Spiritus sanctus procedit — 1a conclusio
temporaliter ad sanctificandum creaturas. Probatur quia sicut generatio filii est ratio totius
productionis totius creature secundum quod pater dicitur omnia produxisse in
filio. Ita et amor patris tendens in filium ut in obiectum est ratio quare
deus creaturis largitur effectum amoris. Quibus sua bona conferendo. Sed prout
per talem amorem qui spiritus sanctus est datur creaturis effectus amo-
